(b) Di questo concilio pariano sì il Mosca che l'Ughelli, e certamente alle costituzioni e decreti emanati dallo stesso allude Marcantonio Marsilio Colonna, immediato successore del Colonna di cui ora si tratta, quando nell'editto di convocazione del suo sinodo diocesano che faremo conoscere a suo luogo, disse fra le altre cose — « Aditumque ad id facilem ea via parari posse rati sumus, si ea, quae piissimi, ac religiosissimi in hoc sanctissimo munere praecessores, Seripandus, Cervantes, ac demum vigilantissimus, et amplissimus M. Antonius Basilicae XII. Apostolorum presbyter Cardinalis Columna constituerunt ecc. ».

secoli (a), circa l'esposizione delle reliquie che si venerano nel duomo sulla magnifica tribuna dinanzi all'ingresso del coro, eretta da Romoaldo 2.° (b). In questa fe' egli edificare un reliquiario di marmo, ornato di vaghe picciole pietre, per la conservazione di que' sacri avanzi, ed ordinò che in ogni anno, nella 3.ª festa della pasqua di Resurrezione, da quell'eminente luogo si scoprissero e mostrassero al popolo — A tuttociò aggiugnendo la costruzione di una croce arcivescovile di argento e di una notabilissima quantità di vasi dell'istesso prezioso metallo, e di che fe' dono alla cattedrale, avremo il ragguaglio che delle sue memorie lasciò egli ed in Salerno ed in questa diocesi — L'anno 1574 fu l'ultimo del suo arcivescovile governo nella salernitana Chiesa, avendola in detta epoca resignata a favore di Marcantonio Marsilio Colonna, suo consobrino, coll'approvazione di Filippo 2.° re di Spagna, da cui allora dipendevano queste nostre provincie. Ma non è da tralasciarsi innanzi di chiudere il ragionamento intorno a lui, un cenno delle personali sue qualità. Era egli di un indole egregia e di un ingegno non comune, che coltivato da lui con assiduità ed impegno riuscì dotto in ogni genere di studi (c). In quanto alle morali virtù, se ne mostrò ampiamente fregiato, distinguen-

---

(a) Come si apprende da vari atti di sante visite eseguite nella cattedrale. Si è poi ritenuto l'uso in quanto al giorno dell'esposizione, mentre continua a farsi nella 3.ª festa di Pasqua, ma non più in rapporto al luogo, alla tribuna di Romoaldo essendo succeduta la mensa dell'altare maggiore. Da qual tempo e per qual motivo, s'ignora. Nè più le reliquie si conservano nella detta tribuna, ma nella stanza del tesoro.

(b) V. il vol. 2.° pag.ª 223 e seg.

(c) « Vir in morali scientia, et in philosophandi studio, disciplinarumque omnium principe Theologia perfectissimus - Musca - Excelsae indolis, virtute, prudentia, omniumque scientiarum cognitione genere clarus » — Ughelli.

dosi sopratutto per una singolare prudenza, e conveniente agli alti posti ed alle gravissime occupazioni che gli vennero confidati. Imperocchè oltre alle dignità e di cardinale e di arcivescovo di Taranto (a) e di Salerno, fu più volte incaricato di legazioni pontificie ch'esercitò e nel Piceno ed altrove, resse il vescovado di Palestrina e sostenne l'uffizio di bibliotecario della santa romana Chiesa (b). Universalmente stimato, amico e protettore de' dotti, riputato degno dell'istesso supremo sacerdozio, in Zagarolo castello della campagna di Roma (c), a' 13 di maggio del 1597, chiuse l'estremo suo giorno, e nella chiesa di s.ª Maria quivi esistente ne venne tumulato il cadavere.

MARCANTONIO MARSILIO COLONNA

LXIX. Ed eccoci al suo successore. E' nacque in Bologna, e sortito avendo un ingegno atto ad ogni maniera di studî, ta'progressi vi fece, da riuscire peritissimo nelle lingue e dotte e viventi, e mirabilmente versato nella filosofia e teologia e nella dottrina degli antichi padri della Chiesa. Per ta' meriti scientifici, accoppiati ad un egregia pietà ed ingenuo candor di costumi, giunse ad ottenere quel nome e vantaggiosa opinione, onde introdotto dapprima nella corte di Filippo 2.° nella qualità di suo cappellano e consigliero, ed indi decorato degl'impieghi di riferendario dell'una e l'altra segnatura sotto i pontificati di Pio V e Gregorio XIII, e di correttore della cancelleria apostolica, dopo cinque anni di dimora in Roma si

---

(a) In questa qualità fe' parte del concilio di Trento, come apparisce dalla sua sottoscrizione concepita in questi termini: « Marcus Antonius Colnmna, Romanus, Archiepisc. Tarentinus ».

(b) Ughelli.

(c) Fu questo, per avventura, il luogo della sua nascita, essendo un feudo appartenente alla sua famiglia e di cui il padre era duca. Chiamavasi costui Camillo e la madre Vittoria.

vide promosso alla dignità di arcivescovo di questa Chiesa, resignata in favor di lui dal suo consobrino, come si è notato di sopra, e coll'annuenza del re ed approvazione del testè nominato papa Gregorio. L'epoca di tal promozione fu il 25 di giugno dell'anno 1574, ed al suo impegno di condurre a maggiore perfezione i regolamenti e le riforme della disciplina promulgati da' suoi predecessori, vide ben presto concorrere l'autorità e l'opera del sommo pontefice, con aver questi tolti di mezzo gli ostacoli per l'abolizione e sradicamento degli abusi ne' monasteri esenti, e il loro riordinarsi a norma de' particolari loro statuti e le leggi della Chiesa.

Concessioni della santa sede per lo più libero esercizio del suo ministero episcopale.

Due furono i brevi pontifici diretti a lui per tale intento, l'uno in data del 25 di settembre dell'anno medesimo del suo primo ingresso nella Chiesa di Salerno (1574), e col quale venne a lui accordata ogni facoltà necessaria per la riforma de' monasteri predetti, indepentemente da qualsivoglia domanda di consenso e permissione degl'immediati loro superiori, l'altra del 10 di dicembre dell'anno seguente, ed onde il monistero di s.ª Sofia fino allora sottoposto agli abati di Cava venne dichiarato soggetto alla giurisdizione e di lui e de' suoi successori in perpetuo. Il tenore dell'uno e dell'altro breve è quale apparisce da' termini quì soggiunti — Gregorius papa XIII — Venerabilis frater salutem, et Apostolicam benedictionem. Personam tuam nobis, et apostolicae sedi deuotam specialibus gratiis prosequentes; illa tibi fauorabiliter concedimus, quae ad monasteria sanctimonialium, ciuitatis et dioecesis tibi commissae in uia Domini salubriter dirigenda, pertinere dignoscuntur. Nuper siquidem dilecto filio Curtio Petruccio clerico Romano vtriusque iuris doctori tunc Vicario dilecti filii nostri Marci Antonii Basilicae duodecim apostolorum de vrbe praesbyteri Cardinalis Columnae nuncupati qui tunc ex concessione, et dispensatione apostolica Ecclesiae Salernitanae praeerat in spiritualibus generali, vt per se ipsum una cum allo, seu aliis, quos ad id duceret eligendos seu deputandos, nullius ad hoc super his requisita licentia Sanctae

Sophiae, et Pietatis nuncupatum, ac Sancti Michaelis Sancti Benedicti, ac Sancti Francisci ordinum respectiuè Salernitana monasteria, quae ordinarî iurisdictioni, minime subsunt, uisitaret, et monlales errantes corrigeret, nec non delinquentes secundum earum excessus, et delicta canonicasque sanctiones, et regularia monasteriorum praedictorum instituta puniret, castigaret ac pro restituenda eorundem monasteriorum clausura iuxtà Concilii Tridentini decreta, etiam per unionem inuicem, eorundem, seu aliorum eiusdem ciuitatis monasteriorum, et in eisdem uel eorum altero status, et essentiae regularis suppressionem, et monialium ad alia monasteria eiusdem Ciuitatis, et ordinis vnà cum omnibus bonis, et sacra ac quacunque alia suppellectili, translationem arbitrio suo, prout secundum Deum eisdem monasteriis feliciter regendis duceret expedire, necessarias ordinationes aliaque facere et exequi liberè, et licitè naleret, per alias nostras literas amplam facultatem concessimus, prout in dictis literis plenius continetur. Cum autem sicut accepimus, idem Curtius multa dictarum literarum vigore circa eorundem monasteriorum statum decreuerit, et statuerit, quae occurrente uacatione dictae Ecclesiae, executioni demandari non potuerunt; ac multa etiam circa clausuram, et unionem dictorum monasteriorum, et monialium earundem reformatione, et correctione hodie desiderentur: Tibi, quem Ecclesiae praedictae in Archiepiscopum praefecimus, et pastorem, ut per te, vel alium, seu alios quos ad id duxeris eligendos, seu deputandos, nullius ad hoc super his requisita licentia, omnia, et quaecunque iudicaueris expedire circa clausuram monasteriorum predictorum, illorumque reformationem, et correctionem, exequi, et si uisum fuerit, magis expedire de nouo decernere, et statuere, praedictaque omnia ipso Curtio concessa exercere, et facere; nec non in moniales ipsas, et quoscumque alios contradictores, et rebelles excommunicationis aliasque sententias, censuras, et poenas ecclesiasticas, pro vt tibi visum fuerit, imponendas, moderandas, et applicandas, promulgare, easque

iteratis uicibus aggrauare, illosque, ac etiam moniales ipsas, quae contra constitutionem fe: re: Pii Papae V. praedecessoris nostri super hoc editam, aut alias temere claustra monasteriorum exiuerunt, posiquam ipsae ad ouile redierint; illaeque, ac caeteri praefati ad cor reuersi fuerint, si id à te humiliter petierint ab omnibus sententiis, censuris, et poenis in utroque; vel in conscientiae foro tantùm, prout tibi magis expedire uidebitur, iniuncta pro modo culpae poenitentia salutari, absolvere, etiam si huiusmodi absolutio per constitutionem praedictam sedi Apostolicae reseruata sit, omniaque, et singula alia in praemissis, et circa eà, et etiam inuim decretorum dicti Concilii Tridentini et dictarum literarum facere et exequi liberenè et licitè ualeas, autoritate et tenore praesentium amplam facultatem concedimus.

Non ostantibus nostra in Cancellaria Apostolica edita regula de vnionibus et illarum confirmatione, quo ad illius omnes partes ac quibus suis apostolicis nec non in prouincialibus synodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, ac monasteriorum praedictorum, et aliorum, quae per te vniri aut supprimi contigerit iuramento confirmatione apostolica uel quauis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis et litteris apostolicis illis eorumque superioribus, et personis sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusvis efficacioribus et insolitis clausulis et decretis in genere vel in specie, etiam iterato concessis, et confirmatis. Quibus omnibus, illorum tenores praesentibus pro expressis abentes, illis allàs in suo robore permansuris, hac uice duntaxat specialiter et expressè derogamus; Caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris Die XXV. Septembris MDLXXIV. Pontificatus. Nostri Anno Tertio ».

Cae. Glorierius

« Gregorius papa XIII — Ad Perpetuam rei memoriam. De statu monasteriorum quorumlibet praesertim illorum in quibus virgines Deo sacrae posthabitis hulus mundi illecebris se recipiunt solicite cogitantes; illorum curam interdum sacris Antistibus demandamus quorum egregia opera, et industria Deo auctore illa feliciter in dies valeant regi, et summa cum laude guberuari. Cum itaque, sicut accepimus, monasterium sanctae Sophiae Salernitanum ordinis sancti Benedicti sub cura dilectorum filiorum Abbatis et conuentus, ac monachorum cauensium nuncupatorum, ordinis sancti Benedicti congregationis sanctae Iustinae de Padua hactenus fuerit: ipsi verò Abbates et monachi cauenses per quatuor millia passuum vel circa à dicto monasterio distent, vt propter eius loci distantiam eiusdem monasterii curae regimini, et administrationi, sicut eorum nomine fuit nobis relatum, nequeant pro ut oporteret, et necesse esset, commodè vacare, eamque ob causam idem monasterium aliqua detrimenta in dies patiatur. Nos praedictis de causis adducti eiusdem monasterii felici directioni pro pastoralis officii nostri debito consulere volentes: Motu proprio et ex certa scientia maturaque deliberatione nostra Abbates et monachos praedictos, illorumque successores ab omni cura gubernio regimine, et administratione eiusdem Monasterii monialium, per eos ad hoc usque tempus regi et gubernari solitos, ex nunc in perpetuum penitus absolnimus, et liberamus: inhibentes eisdem Abbatibus et monachis nunc et pro tempore existentibus, ne deinceps in cura et regimine dicti Monasterii monialium se intromittant, aut quoquomodo in illis se ingerant. Ne autem idem monasterium monialium propterea in spiritualibus et temporalibus detrimentum aliquod patiatur, illud venerabili fratri Marco Antonio et pro tempore existenti Archiepiscopo Salernitano, per eum prospere regendum et gubernandum apostolica autoritate tenore presentium subiicimus, et supponimus, ipsumque monasterium monialium ab ipso Archiepiscopo Salernitano regi et gubernari debere volumus et man-

damus: eidem Archiepiscopo districtè praecipientes vt praedicti Monasterii monialium curam et regimen iuxta has nostras literas suscipiat, illaque solicitè gerere et exercere curet, eiusdemque Monasterî monialibus de sacerdotibus prouectae aetatis doctrina, vitae munditia, et morum honestate, religionisque zelo praeditis in confessores, ac verbi Dei concionatores quamprimum prouideat. Coeteraque omnia, et singula idem Archiepiscopus faciat, mandet, et exequatur, quae ad earundem monialium spiritualem consolationem diutique earum monasterii felix regimen expedire ac necessaria et oportuna fore cognouerit ita vt dictae moniales in pacis, ac religionis sinceritate et puritate persolicitam eiusdem Archiepiscopi operam iugiter foueantur, et conseruentur, et in ipso monasterio spiritualia piè, et sanctè gubernentur, ac custodiantur, temporalia verò benè, atque vtiliter administrentur Dantes eidem Archiepiscopo plenam, et liberam facultatem dictum Monasterium monialium ad debitam clausuram iuxtà concilii Tridentini decreta, et Romanorum pontificum constitutiones reducendi, visitandi errata, quae in eo deprehensa fuerint, corrigendi et emendandi ac abusus tollendi nec non delinquentes, et errantes iuxtà eorum excessus, et delicta ac praedicti Concilii Tridentini decreta, ac regularia eiusdem Monasterii monialium instituta et alias canonicas sanctiones puniendi et castigandi, ac omnimodam in eas iurisdictionem exercendi, contradictores quoslibet et rebelles, ac praemissis, aliisque omnibus et singulis ab Archiepiscopo demandandis non parentes, per opportuna tam iuris quam facti remedia priuationis officiorum et dignitatum quae in dicto monasterio obtinuerint et demum per sententias censuras et poenas Ecclesiasticas, aliaque oportuna iuris et facti remedia, appellatione postposita, compescendo inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii saecularis: Decernentes ex nunc irritum, et inane si secus super his à quoquam, quauis autoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac ordinis, et congrega-

tionis huiusmodi illiusque monasteriorum iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, et literis apostolicis ordini, et Monasteriis praedictis illorumque superioribus, et personis, nec non Abbatibus, et conuentibus praedictis sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusuis clausulis et decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis approbatis, et innouatis. Quibus omnibus, et singulis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quaeuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, illorum tenores praesentibus, pro expressis habentes illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Per praesentes tamen iuri directi dominii, quo ad solum et fundum in quo idem monasterium monialium aedificatum reperitur, quod vt ipsi Abbates et monachi asserunt, ad ipsos spectat, in aliquo praeiudicare non intendimus. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die. X. Decembris. M. D. LXXV. Pontificatus Nostri Anno Quarto ».

Cae. Glorierius

Altre grazie pontificie, dirette al vantaggio spirituale del suo popolo.

LXX. Di quanta opportunità sieno state le predette pontificie disposizioni all'esercizio dello zelo di Marsilio Colonna, risulta dagli atti del suo sinodo diocesano, in cui non trascurò articolo di disciplina pel regolamento così del clero come delle religiose, nè lasciò abuso non raffrenato e corretto. Ma pria di volgere il discorso su di tal punto, è mestieri far conoscere altre grazie da lui ottenute dalla santa sede, e tutte pel maggior vantaggio spirituale ed edificazione delle anime commesse alla sua vigilanza. Io le esporrò senza nulla premettervi di mie osservazioni ed allegando semplicemente i documenti che le riferi-

scono, e che sono appunto come qui appresso — « Gregorius papa XIII — Vniuersis Christi fidelibus praesentes literas Inspecturis Salutem, et apostolicam benedictionem Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem caelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti; omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus verè poenitentibus, et confessis, qui Metropolitanam Ecclesiam Salernitanam in Dominicis de Passione, et Palmarum nuncupatis à primis vesperis vsque ad occasum solis singularum Dominicarum huiusmodi; singulis annis ad decennium proximum deuotè visitauerint, et ibi pro Christianorum Principum concordia et vnione, ac haeresum extirpatione, sanctaeque Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die ex praedictis id egerint plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus, et elargimur. Praesentibus post dictum Decennium minime valituris. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris. Die XII. Februarii. M. D. LXXVII. Pontificatus Nostri. Anno Quinto ».

Cae. Glorierius

« Gregorius papa XIII — Vniversis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis salutem, et apostolicam benedictionem. Ad augendam fidelium deuotionem, et animarum salutem coelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti; Omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus verè poenitentibus, et confessis, qui altare maius inferioris criptae Ecclesiae Salernitanae sub quo, vt accepimus, corpus beati Matthaei Apostoli requiescit, tam die translationis eiusdem in Mail quam in festo Septembris mensibus celebrari solitis, à primis vesperis usque ad occasum solis diei et festi huiusmodi singulis annis deuotè visitauerint, et ibi pro Christianorum principum concordia et vnione, ac haeresum extirpatione, sanctaeque matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, quo die praedictorum id egerint, plenariam omnium et sin-

gulorum peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus, et elargimur. Contrariis non obstantibus quibuscunque presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Datum Romae Apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XVIII. Martii. M. D. LXXVII. Pontificatus Nostri Anno Quinto ».

Cae. Glorierius

« Gregorius papa XIII. — Ad perpetuam rei Memoriam. Saluatoris Domini Nostri Jesu Christi aeterno patri consubstantialis et coaeterni, qui pro redemptione generis humani de summo coelorum solio, ad huius mundi infima descendere, et carnem nostram, ex utero virgineo assumere dignatus est, vices (licet inmeriti) gerentes in terris et eius exempla sectantes, animabus Christi fidelium defunctorum in purgatorio existentibus, quae per charitatem Deo vnitae ab hac luce decesserunt et piorum suffragiis iuuari meruerunt, opportuna de thesauris ecclesiae subsidia subministrare studemus, vt illae quantum diuinae bonitati placuerit adiutae, ad coelestem patriam facilius peruenire valeant. De diuina igitur misericordia confisi, precibus quoque dilecti filii nostri Antonii Sanctae Mariae in Cosmedin Diaconi Cardinalis Carafae nuncupati nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tenore praesentium perpetuo concedimus, vt quoties quicunque sacerdos siue saecularis, siue regularis, missam in Cripta ad altare Crucifixi Metropolitanae Ecclesiae Saleruitanae, sub quo vt accepimus requiescunt corpora sanctorum Martyrum Fortunati Caii et Antes, pro liberatione vnius animae in purgatorio existentis celebrauerit, ipsa anima per huiusmodi celebrationem easdem indulgentias et peccatorum remissionem consequatur, et ad ipsius liberationem pro qua celebrabitur dicta missa operetur, quas consequeretur, et operaretur, si praedictus Sacerdos hac de causa missam ad altare situm in Ecclesia monasterii Sancti Gregorii de vrbe ad id

deputatum celebraret. Non obstantibus nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscunque. Datum Romae Apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XVIII. Martii. M. D. LXXVII. Pontificatus Nostri. Anno Quinto ».

Provvedimento del suo vicario generale per metter termine ad una controversia.

LXXI. A' quali indulti e concessioni da parte di chi avea il supremo potere nella Chiesa, aggiugneremo un provvedimento ch'emanò dall' autorità sua propria e comunicata al suo vicario generale. Diretto a metter termine ad una controversia tra 'l capitolo della cattedrale ed i religiosi e le confraternite di Salerno circa l'appartenenza del dritto di portare i lumi intorno a' feretri nell' esequie, offerì le parole seguenti — « In controuersia excitata inter R. Capitulum Ecclesiae Salernitanae ac magistros et confratres confraternitatis Sanctissimi Saluatoris ciuitatis Salerni, et alios respectiuè confratres, et religiosos dictae Ciuitatis super delatione facum circum circa feretrum in funere defunctorum.

Vt omnis prorsus cesset occasio altercandi Admodum R. D. Vicarius Salernitanus relatis prius capitibus controuersiae in congregatione coram Illustrissimo et Reuerendissimo Domino, per admodum R. D. Abbatem Marcum Antonium Maffa auditorem praedicti Illustrissimi Domini vigore decretorum Sac. Concilii Tridentini et omni meliori modo componit, prouidet, decernit mandat deinceps obseruandum in hunc, qui sequitur modum.

Primum declarat, atque decernit delationem facum circum circa feretrum non esse actum praecedendi sed seruiendi, et obsequendi tantùm.

Deinde si quando continget deferri faces per confratres aut religiosos, ad quorum Ecclesiam defunctus defertur tunc si plures sint confraternitates, non possunt circum circa feretrum accedere cum facibus nisi quatuor ex qualibet confraternitate et quatuor religiosi dictae Ecclesiae.

Si verò una tantum adsit confraternitas possunt accedere sex confratres; et si religiosi interfuerint cum facibus non nisi quatuor confratres et totidem religiosi.

Si duae octo, si tres duodecim, et religiosi vt supra in primo capite.

In omnibus uerò casibus suprascriptis liceat clericis de Capitulo deferre quot faces velint.

Inter omnes predictos seruetur gradus prerogatiua.

Religiosi ad quorum Ecclesiam ducitur defunctus incedant in processione in loco eorum religioni debito ut aliàs fuit decretum, et eorum quatuor tantum vt praefertur possint deferre faces circum circa feretrum.

Quae omnia decernit obseruanda in funere defunctorum tantùm; Quae de R. Capitulo decreta sunt eadem intelligi voluit de Cappellanis ».

Alexander Archidiaconus et Vicarius Salernitanus.

Lectum latum die 26. Aprilis 1578. Salerni in congregatione.

CELEBRAZIONE FATTA DA LUI DI UN SINODO DIOCESANO

LXXII. Ed eccoci all'epoca che rese maggiormente distinto il suo governo ed immortalò il suo nome ne' fasti di questa Chiesa. Il suo sinodo diocesano che celebrò nel maggio del 1579 basterebbe a darcene una idea come di un vescovo zelantissimo e sommamente compreso dall'importanza degli obblighi inerenti alla sua dignità. Trovandosi già divenuto di pubblica ragione fin dall'anno 1580 (a), mi limiterò a riferirne l'ordine del solennizzamento, ricavandolo dall'istesso volume che ne contiene gli atti e i decreti, ed in rapporto a questi ultimi ne indicherò soltanto i titoli, rimettendo al documento predetto chi desidera averne una conoscenza piena ed esatta.

(a) Neapoli — Ex officina Salviana.

LXXIII. « Die Iouis septima Mensis Mali 1579 post festum translationis Corporis Beati Matthaei Apostoli, et Euangelistae; in Metropolitana Ecclesia saleruitana.

Illustrissimus et Reuerendissimus Domiuus Archiepiscopus indutus Cappa Pontificali; illum processionaliter duceutibus canonicis, reliquisque Ecclesiae praesbyteris; ac etiam comitante illum Reuerendissimo Domino Æmilio Scattaretica Episcopo Rauellensi; e Palatio in Ecclesiam descendit, praeunte Cruce; atque ad faldistorium paratum aute Altare maius genuflexus, adorauit sanctissimum Sacramentum.

Indè conscendit thronum Arhiepiscopaiem; vbi Pontificalibus fuit indutus, per Archidiaconum, Diaconos, caeterosque de more ministros; mox faldistorium descendit, vbi genuflexus nudo capite intonauit Antiphonam *exaudi nos domine*, cum Psalmo *Saluum me fac* iuxta ritum Pontificalis. Choro dein prosequente psalmum; accepta Mitra reuertitur ad Thronum ipsum, ibique praesedit: finito psalmo, Mitram deponit, et dixit orationem *Adsumus domine et Omnipotens sempiterne Deus*. vt in coeremoniali et Pontificali.

Conuenerunt intereà, pridiè moniti, vniuersus Clerus saecularis et Regularis, per collegia, conuentus, Monasteria, ordines et sodalitates omnes, ac magna Populi multitudo.

Expletis autem orationibus, Illustrissimus iterùm accepta Mitra, descendit ad Faldistorium. ibique ea deposita flexisque genibus, inchoauit Hymnum *Veni creator spiritus*.

Interim ordinata est Processio frequens Cleri totius ac Religiosorum omnium, et exemptorum; seruato inter eos solito Procedendi ordiue, vt in ipsa die Corporis Christi; caeptisque precibus ab Ecclesia per Ciuitatem progressi sunt; praedicto Illustrissimo Archiepiscopo subsequente in Pontificalibus ac prosequente Reuerendissimo Episcopo Rauellensi, numerosaque Populi multitudine. Cantati sunt plures Hymni, ac postremo litaniae; vt in Pontificali.

Vbi autem in Ecclesiam reuersi sunt; idem D. Archiepiscopus, dum ipsae litaniae complerentur, genuflexit cum Mitra; et cantato per chorum versu *vt obsequium seruitutis nostrae etc.* Mitratus ascendit thronum; et Baculum sinistra tenens, conuersus ad Synodum dixit *vt hanc presentem Synodum etc.* et crucis signum produxit.

Peractis deinde litaniis, et cantato Euangelio per Reuerendum Octauium Papuntum Diaconum, caeterisque praecibus iuxtà ritum Pontificalis per D. Archiepiscopum absolutis, cantatur Missa solemnis de sancto spiritu, cum organis aliisque Musicis instrumentis per Reuerendissimum Episcopum Rauellensem Illustrissimo Archiepiscopo concedente; et recitato Euangelio, concionem habuit Reuerendus Frater Seraphinus de Neapoli ordinis praedicatorum; demum finita Missa indicta est futura sessio pro die subsequenti de mane hora X. à praudio et hora XVIII. et data per Illustrissimum solemni benedictione discessum est.

Erat interim parata Mensa extra Praesbyterium, in plano ad dextram Altaris contrà thronum Archiepiscopalem; cum viridi panno sellisque cameralibus pro officialibus Illustrissimi Domini; nempè pro Reuerendis Dominis Alexandro Galliciano Vicario et Archidiacano, M. Antonio Maffa Auditore Illustrissimi: Paulo à Porta Fiscali Aduocato.

A tergo huius Mensae tria stabant scabella; pro fiscali procuratore et Actuario consuetis, et alio connotario Praesbytero deputato pro actis Synodi.

Erat itidem ab eodem latere propius ad Altare, alia Mensa cum sellis pro Theologis tribus sc. Reuerendo Domino Io. Vincentio Rogerio canonico et sacrae Theologiae Professore, Reuerendo Patre Fratre Matthaeo Grillo Baccalaureo, ordinis Praedicatorum, ac Reuerendo patre Mro. Petro Romano Priore sancti Augustini de Salerno.

In choro ipso resedit Capitulum, cum vniuerso clero.

Post prandium illa die, nihil actum est in Synodo; sed accepti sunt domi per Illustrissimum Dominum libelli suppli-

ces, et auditi praesbyteri, ceterique omnes, qui voluerunt aliquid in Synodo proponere.

SECVNDA DIE SYNODI QVAE FVIT

VIII. ejusdem Mensis de mane hora X.

Paratis omnibus, Dominus Archiepiscopus descendit è palatio in Ecclesiam cum suo comitatu solemni, vbi factis per eum precibus ad Faldistorium; induit Mitram et pluuiale per Diaconos in eminenti sede, ibique Missam audit solemnem decantatam ab Hebdomadario D. Fabio Minerua canonico.

Qua expedita descendit ad Faldistorium et inchoauit Antiphouam. *Propitius esto* caeptoque psalmo *Adiuua nos deus*, sedit, factis deinde precibus, ex praescripto pontificalis in secunda die Synodi; et cantato Euangelio: *Designauit dominus et alios septuaginta duos:* praemissa thurificatione per eundem Diacouum, descendit iterum ad Faldistorium vbi genuflexus intonauit Hymnum *Veni creator spiritus*, et reuersus ad sedem stetit usque in finem; eo demum absoluto, sedens alloqutus est Synodum iuxtà sermonem in pontificali descriptum: *Venerabiles ac dilectissimi fratres etc.*

Deinde D. Horatius Vicinautius Notarius Synodi legit Decretum tenoris huiusmodi.

Marcus Antonius Columna Marsilius, Dei et Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Salernitanus Regius consiliarius etc.

Ad amputandas controuersiarum et contentionum caussas: Decernimus et declaramus; per vocationem vel Sessionem, ac locorum assignationem in hac nostra Synodo; quò ad pracedentiam, nemini ius acquiri, aut praeiudicium generari.

Inde accessit ad Illustrissimum Dominum Reuerendus D. Petrus Gattula canonicus et accepta licentia ac mandato legit per duas ferè horas constitutiones Synodales.

Quarum lectione absoluta, accesserunt omnes obtinentes quaecunque Ecclesiastica Beneficia, qui in praeterita Synodo Dioecesana id non praestiterant, et iuxtà formam Decretorum Con-

cilii Tridentini emiserunt fidei professionem secundum articulos pridem à sede Apostolica propositos, et approbatos, ac in bulla Fel. record. Pii Quarti contentos, praestito singillatim iuramento in libro Euangeliorum existente coràm Illustrissimo Domino Archiepiscopo.

Quibus peractis fuit nouissimè lectum ab eodem Not. Decretum huiusmodi.

Illustrissimus et Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus Salernitanus volens cum his qui in praesenti Synodo adhuc non comparuerunt vrbanius agere, mandat illos per totam hanc diem, et ad sequentem, quae erit nona mensis Maii, de mane expectari aliàs contra eos per censuras, et poenas Ecclesiasticas in Edicto contentas ad vlteriora procedet.

Fuit deinde alio Decreto mandatum, vt omnes qualiacunque Ecclesiastica beneficia obtinentes, et in sacris ordinibus constituti, qui in visitatione aut aliàs hactenus non praesentarunt, in praesenti Synodo praesentarent literas omnes beneficiorum ac collationis ordinum, sub poena priuationis à beneficiis, et suspensionis à Diuinis; non valentibus autem nunc praesentare fuit data dilatio Quindecim dierum.

Deinque illustrissimus Dominus omnibus benedixit et discesserunt in pace.

EADEM DIE POST PRANDIUM HORA 18.

Omnes reuertuntur in Ecclesiam, et Illustrissimus Dominus associatus vt supra, factisque priuatis precibus; sedit in throno suo, vbi fuit, per Ministros indutus Pluuiali ac Mitra; deinde ad Faldistorium genuflexus intonauit Hymnum *Veni creator spiritus.* Quo expleto resedit, et Reuerendus D. Gaspar Musca canonicus, prosequtus est lectionem Decretorum quibus perlectis Illustrissimus solemniter benedicens dimisit Clerum.

TERTIA DIE SYNODI QVAE FVIT

IX. Mensis Maij hora X.

Illustrissimus descendit in Ecclesiam, et iudutus est vt pridiè factum fuerat, auditaque Missa solemni decantata per eundem Hebdomadarium, descendit ad Faldistorium, ibique genuflexus, incepit Antiphonam *Exaudi nos domine quoniam benigna est*, Choro prosequente Antiphonam et psalmum: *Salvum me fac deus quoniam intraverunt*, quo expleto dixit orationes vt in pontificali. Cantato dein post thurificationem Euangelio: *Respiciens Iesus discipulos suos dixit Simoni Petro etc.* descendit ad Faldistorium et genibus flexis inchoauit Hymnum: *Veni creator spiritus:* et prosequente choro ad suam sedem reuertitur. Hymno autem dicto sedentibus ac silentibus cunctis, lectae sunt constitutiones per D. Petrum Gattulam.

Quibus perlectis, fuerunt propositi Viri deputati ad seminarium, de mandato Illustrissimi tàm ex capitulo, quam ex clero RR. DD. Alexander Gallicianus Archidiaconus Io. Vincentius Resignus cantor, Flaminius Scattaretica Primicerius, et Matthias Vrsius Canonicus.

Quibus propositis, ac rogata de hoc Synodo.

Responderunt omnes. *Placet.*

His peractis, post solemnem benedictionem, dimissus est Clerus.

EADEM POST PRANDIVM HORA 18

Factis precibus, ac coeremoniis vt suprà, fuit lecta pars alia decretorum sinodalium per eundem Reuerendum D. Gasparem Muscam, et alternatim posteà per ipsum et D. Petrum Gattulum fuerunt lecta plura Concilii Tridentini decreta, et Romanorum Pontif. Bullae, quae in Synodalibus constitutionibus significantur; et post benedictionem facta dimissio.

QVARTA ET VLTIMA DIE SYNODI

quae fuit X. Mensis Maij die Dominica hora X.

Illustrissimus D. Archiepiscopus descendit prout aliis diebus in Ecclesiam et factis priuatis precibus, celebrauit Missam planam de spiritu sancto, in Altari maiori superiori; qua expedita conscendit thronum Archiepiscopalem; et deposita planeta, accepit pluuiale Rubeum, ac Mitram pretiosam, descendensque ad Faldistorium, genuflexus intonauit Hymnum *Veni creator spiritus:* et choro prosequente, reuertitur ad sedem; vbi stetit sine Mitra ad finem Hymni; quo finito accessit praedicator Magister Petrus Romanus Prior sancti Augustini, et petita benedictione, ac indulgentiis, concionatus est; post praedicationem fuerunt propositi examinatores, in haec verba.

De mandato Illustrissimi domini Archiepiscopi, proponuntur, pro examinandis confessariis; promouendis ad ecclesiasticos ordines, ad Ecclesias Parochiales et reliqua Ecclesiastica beneficia.

RR. DD. Archidiaconus, Marcus Antonius Maffa Auditor Illustrissimi, Paulus à porta fisci patronus; Theologus Ecclesiae Salernitanae, qui erit pro tempore. Io. Vincentius de Rogeriis. Io. Antonius, et Io. Iacobus Pintus, Reuerendus Frater Matthaeus Grilius prior sanctae Mariae de porta; Reuerendus Frater Petrus Romanus prior sancti Augustini; Reuerendus Regens sancti Francisci; et fuit rogata Synodus placet ne uobis? Responderunt Placet.

Deinde iterum ut heri.

Rogata Synodus in haec verba.

Placet ne uobis, arbitrio Illustrissimi Domini congruum et conueniens statui stipendium examinatoribus ex fructibus Parochialium Ecclesiarum; aut aliorum Beneficiorum uacantium?

Responderunt omnes

Placet.

Fuerunt deinde propositi de mandato Illustrissimi, Iudices, quibus caussae à sede Apostolica committi possint iuxtà De-

creta Concilii Tridentini, videlicet RR. DD. Archidiaconus, Cantor, Primicerius, Io. Iacobus Pintus Diaconus Ecclesiae Salernitanae, Marcus Antonius Maffa I. V. D. Abbas Sancti Gregorii, Paulus à Porta V. I. D. Abbas sancti Marci de Salerno; ac Rogata Synodo.

Placet ne nobis?

Responderunt. *Placet.*

Fuerunt postmodum propositi de mandato Illustrissimi testes Synodales; ac requisitis prius et monitis Praesbyteris et Clero; vt probatiores et magis idonei nominarentur; pronunciati sunt.

IN CIVITATE SALERNI

Reuerendi.
Cantor.
Primicerius.
Io. Iacobus Pintus Diaconus.
D. Matthias Vrsius Canonicus.
Clericus Io. Iacobus de Rogeriis.
Clericus Angelus Albertus Balbianus.

IN TERRA EBVLI

D. Hieronimus de Bruno Primicerius.
D. Paulus de Siena.
D. Fabricius Caloira.

IN TERRA MONTIS CORBINI

D. Domitius Morisius.
D. Hinnicus Bisconta.

IN TERRA OLIBANI

D. Robertus de Romandia.
D. Remedius Ferrarius.

IN TERRA MONTORII

D. Nicolaus Grimaldus.
D. Io. Andreas de Puteo.

IN TERRA FORENI

D. Thomas Trilloccus.
D. Franciscus de Honorato.

IN TERRA SOLOFRÆ

D. Augustinus Garzillus primicerius.
D. Massentius de Donato.
D. Io. Paulus Papa.

IN TERRA SERENI

D. Ambrosius Cerinus.
D. Caesar Molinarius.

IN TERRA GIFONI SEX CASALIVM

D. Io. Baptista Iannettasius.
D. Andreas de Pastina.

IN TERRA GIFONI VALLIS ET PLANÆ

D. Caesar de Felice.
D. Trolanus Vccillus.

IN TERRA SANCTI SEVERINI

D. Diomedes Siniscalcus.
D. Prosper Moscatellus.
D. Bartholomaeus de Rogeriis.

IN TERRA SANCTI GEORGII

D. Nicolaus Ioannes Rubeus.
D. Santolus Figliolia.

IN CARTA CALVANICI

D. Iacobus de Gaieta.
D. Confortus Coragius.

IN CARTA S. CIPRIANI

D. Decius Barbaritus.
D. Hannibal Sabatus.
D. Rogerius Vitulus.

IN CARTA SABBAE

D. Marcelius de Sarno.
D. Consalus de Ricardo.

IN TERRA CASTELLVTII

D. Octauius Ciolus.
D. Iacobus Cacchione.
Fuit interrogata Synodus.
Placet ne vobis
Responderunt. *Placet.*

Eodem instanti, quam plures eorum iurarunt in manibus, reliqui postea in manibus Reuerendi D. Vicarii; iuxtà Synodales constitutiones.

Post haec fuerunt de mandato Illustrissimi Domini Archiepiscopi propositi Notarii, pro conficiendis Instrumentis rerum et bonorum Ecclesiasticorum.

IN CIVITATE SALERNI

Not. Io. Matthaeus Franciscus Faracca.
Not. Io. Dominicus Vitaiianus.

IN TERRA EBVLI

Not. Io. Benedictus de Iacobutiis.
Not. Io. Baptista Carola.

IN TERRA OLIBANI

Not. Tuliius de Allegranza.

IN TERRA MONTIS CORBINI

Not. Virgilius Franchinus.

IN TERRA S. SEVERINI

Not. Sulpicius Cacciatore.

IN TERRA SABBAE

Not. Caesar de Aiferio.

IN CARTA S. GEORGII

Not. Sebastianus da Consa.

In terra Montorii
Not. Hieronimus Nilius.
In terra Solofrae
Not. Bernardinus de Inlianis.
In terra Foreni
Not. Franciscus Carpenterius.
In terra Sereni
Not. Franciscus Iannella.
In terra Gifonii vallis et planae
Not. Io. Baptista Scalzusi
Sex Casalinm
Not. Carmelius Vetromile.
In terra Caluanici.
Not. Vincentius Marinus.
In terra S. Cipriani
Not. Fabius de Calce.
Not. Bartholomaeus Carusius.
In terra Casteluti
Not. Ascanius Cacchionns.
Fuit rogata Synodus.
Placet ne vobis?
Responderunt. *Placet.*
Praedicti autem Notarii fuerunt deputati ad beneplacitum Illustrissimi Domini Archiepiscopi.
Peractis iis omnibus, lectae sunt aliae Bullae pontificiae et reliquae omnes constitutiones Synodales per Reuerendum Dominum Gasparem Muscam, Canonicum. Qui postea roganit Synodum in haec verba.
Reuerendi Viri, Capitulum, Canonici, Abbates, Rectores, Curati, et quicunque in hanc Synodum conuenistis non ne quae in eadem Synodo, decreta, ordinata, et costituta sunt iusta, aequa et rationi consona, censetis, et iudicatis?
Responderunt omnes.
Censemus et iudicamus.

Musca iterum rogauit.

Non ne illa omnia et singula vnanimi voto, et sententia recipitis et approbatis?

Responderunt.

Recipimus et approbamus.

Fuerunt deindè vocati omnes qui interesse debebant; et notati absentes, instante Fisco; mox lectum Decretum de mandato Illustrissimi Domini, in hunc modum.

DIE X. MENSIS MAII 1579

in Synodo.

Hi omnes, qui ad praesentem Synodum vocati, comparere contempserunt; reputantur contumaces, et denunciabuntur excommunicati: ac alias iuxtà sacrorum canonum dispositionem contra eos agetur, arbitrio Illustrissimi D. Archiepiscopi.

Postmodum fuit lecta taxa Notariorum et officialium Archiepiscopalis curiae, de mandato Illustrissimi reformata, et à Synodo recepta atque approbata praecendente interrogatione.

Deinde Reuerendus D. Gaspar Musca ità sinodum interrogauit.

Placet ne vobis, vt si qua circa Missarum reductionem, praeter generale Decretum, decernenda erunt, et prouindenda prouideri ab Illustrissimo Domino possint, atque decerni: eaque vim habeant, ac si in Synodo decreta fuissent?

Besponderunt. *Placet.*

His ita peractis Illustrissimus D. Archiepiscopus inchoavit Hymnum: *Te Deum laudamus*: Cantoribus, et Clero vniuerso prosequente cum organo. Quo decantato dixit orationem. *Exaudi quaesumus domine supplicum preces*: Vt in Pontificali: Fuerunt deindè factae precationes, et gratiarum actiones, acclamationesque sequentes.

Sacerdos

Oremus pro Beatissimo Papa Gregorio

Chorus respondit.

Dominus conseruet eum, et viuificet eum; et beatum fa-

ciat eum in terra, et non tradat eum in manibus inimicorum eius.

Sacerdos

Oremus. Deus omnium fidelium Pastor, et Rector, famulum tuum Gregorium, quem Pastorem Ecclesiae tuae praeesse voluisti, propitius respice. Da ei quaesumus, verbo, et exempio, quibus praeest, proficere; vt ad uitam vnà cum grege sibi credito, perueniat sempiternam. Per Christum Dominum nostrum.

CHORVS

Respondit. *Amen.*

SACERDOS

Oremus pro Reuerendissimo ac Deo amabiliissimo Marco Antonio huius Ecclesiae Archiepiscopo.

CHORVS

Saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te, mitte ei auxilium de sancto, et de Syon tuere eum.

SACERDOS

Oremus. Deus qui licet sis magnus in magnis, mirabilia tamen gloriosius operaris in minimis, concede M. Antonio famulo tuo, sacris conuenienter seruire misteriis; atque in omnibus tua misericordia protegat, quem Pastoralis cura perterret. Per Christum Dominum nostrum.

CHORVS

Respondit. *Amen.*

SACERDOS

Oremus pro omnibus Praesbyteris Diaconis, Subdiaconis, Acolytis, Exorcistis, Lectoribus, Hostiariis, et Clericis, atque pro omnibus qui in hanc Synodum conuenerunt.

Chorus

Memento congregationis tuae domine, quam possedisti ab initio.

Sacerdos dicit collectam pro omni gradu Ecclesiae

Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, cuius spiritu totum corpus Ecclesiae sanctificatur et regitur, exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes, vt gratiae tuae munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur.

Et statim sub vna conclusione dicit aliam pro congregatione

Omnipotens sempiterne Deus qui facis mirabilia magna solus, praetende super famulos tuos, et super congregationes illis commissas, spiritum gratiae salutaris; et ut in veritate tibi placeant, perpetuum eis rorem tuae benedictionis infunde. Per Christum Dominum nostrum.

Chorus

Respondit. *Amen.*

Sacerdos

Oremus pro serenissimo Philippo Rege nostro catholico.

Chorus. Respondit.

Domine saluum fac Regem; et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.

Sacerdos

Oremus. Quaesumus omnipotens Deus, vt famulus tuus, Rex noster, qui tua miseratione suscepit Regni gubernacula; virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, et vitiorum monstra deuitare, et ad te, qui via veritas et vita es, gratiosus valeat peruenire. Per Cristum Dominum nostrum.

Chorus

Respondit. *Amen.*

Sacerdos

Oremus etiam pro vniuersis huius Ciuitatis Christifidelibus; et omnibus plebibus nobis commissis.

Chorus Respondit.

Saluum fac Populum tuum Domine, et benedic haereditati tuae; et rege eos, et extolle illos, in aeternum.

Sacerdos dicit collectam, pro salute viuorum

Praetende Domine fidelibus tuis dexteram coelestis auxilii;

vt te totò corde perquirant, et quae digne postulant consequi mereantur. Per Dominum nostrum.

Chorus

Respondit. *Amen.*

Sacerdos

Dominus vobiscum

Respondit. *Chorus*

Et cum spiritu tuo.

Duo Hebdomadarii assistentes

Benedicamus Domino.

Chorus Respondit.

Deo gratias. Deo gratias. semper dicamus Deo gratias.

Sacerdos submissa voce

Exaudiat nos omnipotens, et misericors Dominus.

Chorus

Respondit. *Amen. Amen.*

Tunc Reuerendus D. Petrus Gattula, Canonicus, Synodi nomine. Illustrissimo Domino Archiepiscopo ita acclamauit.

M. Antonio, Archiepiscoppo amplissimo; Pastori vigilantissimo; Disciplinae assertori. Perennes gratias.

Chorus Cantorum. Respondit.

Perennes gratias; incolumem, saiuumque illum nobis Dominus diutissimè custodiat, atque conseruet.

Idem Gattula acclamauit.

Totius Synodi Clero, atque conuentui pacem, et gratiam à Domino. *Chorus*

Pacem, et gratiam semper nobis Dominus concedat. Amen. Amen.

Postea Illustrissimus et Reuerendissimus dominus assistente cruce per cruciferum, solemniter de more omnibus benedixit.

Sit nomen Domini etc.

Tunc primus Diacunus dixit.

Recedamus in pace. *Chorus.* Respondit.

In nomine Christi. Amen.

Quibus omnibus absolutis Illustrissimus Dominus Archie-

piscopus Synodum dimisit; et priuatis precibus habitis; Capitulo ipsum processionaliter reducente; rediit in Palatium.

Reliqui etiam omnes, gratiis Deo peractis, ad propria redierunt.

ELENCO DE' TITOLI DI QUANTO VI SI TRATTÒ E DISPOSE

PARS PRIMA

LXXIV. De Synodo dioecesana (a)

De fide catholica.

De librorum vsu, doctrina christina, et actionum Christi et sanctorum repraesentationibus.

De Modo, tempore, et ordine in celebratione missae seruandis.

De Oratorijs.

De Reductione Missarum.

De diuino cultu, Ecclesijs, et pia in eis uersandi ratione.

De altaribus.

De aqua benedicta.

De fonte baptismali, Sacracrio, Confessionalibus.

(a) Importante si è il primo capitolo di questo titolo, per le notizie che somministra intorno alla frequenza de'sinodi diocesani in questa Chiesa di Salerno ed al tempo in cui soievano celebrarsi. Ecco in fatti quei che vi si legge — « Licet Ex caussis in edicto nostro contentis dioecesanae Synodi celebrationem hactenus distulerimus: Vt tamen ea, quae à sacris anteà conciliis, et nouissimè à Tridentino, circa illam salubberrimè statuta sunt, omni ex parte debitum, vt par est, sortiantur effectum; et ne antiquum, ac laudabile Ecclesiae nostrae institutum quotanuis illam cogendi, vlatenus intermittatur: Decernimus vt post festum Transiationis Corporis Beati Matthei iuxtà institutum praedictum singulis annis dioecesana Synodus celebretur. Neq; verò si legitimis de caussis in aliud tempus differatur, aliquatenus eidem instituto (quod perpetuum, ac inuiolabile seruari volumus) derogatum esse intelligatur ».

De Sacristia, et reliquis ad diuinum cultum pertinentibus.
De festorum dierum obseruatione.
Festa in Salernitana Ciuitate, et dioecesi obseruanda.

PARS SECUNDA

De capitulo et Canonicis Ecclesiae Salernitanae aliarumue collegiatarum.
De vita et honestate clericorum.
De Seminario, et collegio accolithorum.
De Monialibus.
De officio Abbatissae seu Praefectae.
De his quae ad communem moniallum uitam pertinent.
De his quae ad monialium clausuram spectant.
De Monialium confessarijs et Cappellanis.
De Ecclesiis monialium.
De puellis, quae educationis caussa in monasterijs recipiuntur, et de conuersis.
De procuratoribus, et rationali monialium et officio scribae.
De Monasteriorum deputatis » (a).

(a) Degni di particolar considerazione son questi due titoli, manifestando fino a qual grado seppe il Colonna condurre la riforma de' monasteri esistenti nella sua diocesi, allo scopo d'impedire in essi ogni pericolo di rilassatezza ed allontanare qualsivoglia disordine. Egli è vero che di consimili prescrizioni van forse distinti tutt'i sinodi de' vescovi de' tempi posteriori e gli atti delle loro visite, ma ciò non toglie a lui la gloria di essere stato fra' primi a stabilirle. Non fia poi inutile farne quì conoscere l'intero tenore:

Cap. I.

« Qvi Monasteriorum bona, ac redditus procurant, quicunque illi sunt, scriptam à nobis licentiam habeant, iurentque in manibus Vicarii nostri, ac si videbitur etiam datis fideiussoribus caueant, se fideliter administraturos et quotannis Vicario nostro rationem reddituros.

LXXV. Non furon gli atti e le costituzioni del suo sinodo diocesano la sola opera composta da Marco Marsilio Colonna, ma vi si debbono aggiugnere: 1.° la descrizione della vita e delle gesta di s. Matteo, e stampata come appendice dell'ope-

---

Cap. II.

Abbatissae in exigendis monasteriorum creditis omnem curam adhibeant, et acceptorum, et expensorum libros conficiant, et singulis annis Rationali à nobis deputato, seu deputando in mense Octobris rationem reddant, cui monasteria singula stipendium à nobis constitutum persolvant: si praedictis exequendis Abbatissa negligens fuerit, officio privetur, ac aliàs arbitratu nostro puniatur.

Cap. III.

Rationalis praedictus singulis annis in manibus Vicarii nostri iuret fideliter, officium, et munus suum praestaturum.

Computa monasteriorum omnium per totum mensem octobris videat, ac significatorias quas vocant, Vicario nostro faciat, vt monasteriorum vtilitati prospici possit.

Cap. IIII.

Scriba, vbi in monasteriis non est, infra mensem eligatur: cuius officium erit infrascripta omnia diligenter efficere, ac in librum referre, cum die, et anno, et sub qua Abbatissa; illa fient cum nominibus, et cognominibus.

Consultationes, quae de puella aliqua ad monasteria admittenda, vel ad professionem, in capitulo habebuntur.

